



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod non omnia quæ ex Deo sunt, etiam de ipso sunt. F. G

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Apostolus, ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Ex ipso dicens, propter patrem: per ipsum, propter filium: in ipso, propter spiritum S. Vigilanter autē attende, ne quia patrem volens intelligi dixit ex ipso, sic intelligas omnia esse à patre, vt ne ges oia esse ex filio, vel ex spiritu sancto, cum ex patre, & p patrē, & in patre omnia esse sane dici possunt: similiter de filio, & de spiritu sancto dicendum est.

*Quod non omnia que ex Deo sunt, etiam de ipso sunt: sed econuerso.* F

ILLVD etiam hic annectendū est, quod nō oia quæ dicuntur esse ex Deo, etiam de ipso esse dici debeant. Quia, vt ait Aug. in lib. de natura boni. *Ca. 27 to. 6. August.* Non hoc significat penitus ex ipso, quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici esse ex ipso: sed non omne quod ex ipso est, potest dici esse de ipso, quia non est de sua substantia. Et ex ipso n. sunt cælum & terra, quia ipse fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si generat filium, & faciat domum, & ex ipso est filius, ex ipso est & domus: sed filius de ipso, domus ve o de terra & ligno, non de ipso.

*Quæ dicta sunt summam colligit.* G

Ex præmissis apertum est, quod in Dei cognitione siue præsentia sunt, scilicet bona & mala: sed non omni modo sunt ibi mala, quo bona: & q̄ in Deo, bona tantum sunt, sicut ex ipso, & per ipsum, non mala. Et ex eo quo sensu hæc accipienda sint, assignatum est. Et quod de ipso nō dicitur esse proprie, quod aliud est ab ipso. Ex ipso autem esse dicuntur omnia, quæ eo authore sunt.

QVIBVS MODIS DICATUR DEVS  
*esse in rebus.*

DISTINCT. XXXVII. A

ET quoniam demonstratū est ex parte, quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendū videtur

O 4 tur